


Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Liber phrasium - Cod. Aug. pap. 153

[Reichenau], 1590-1593

[urn:nbn:de:bsz:31-80762](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-80762)



Aug. 153

+

1

~~Christophori Gellhardi~~
~~glossae in scripturis sacris~~
~~et in scripturis profanis~~
~~et in scripturis profanis~~
a. s. g. l.

Ad numeror Libris Christophori Gellhardi
hardij & Oberle. Mittellherocesi d. f.

Floris feris ut apes in saltibus dia libant.
Laetel: a Oia nos itidem decepsim aurea dicta.


Reie dormienti non trahitur.
Vbiis pflorfas eximul Vorus nigh
Baligog. f.

Job dicit in allas dincas,
So vras dia nigh vkrissling. f.
quam pulchrum est sapere. f.

Sustine et abstine. f.
Dagadas Tagut vuzing vmandas. f.



LIBER PHRASIVM
in illis






RATIO STUDENDI CVM

Utilitate cuiusq; facultati.

TEMPORA Audijs adiudicata fere distribuuntur in tempus, ante lectionem, tempus lectionis, post lectionem, et tempora repetitionis, tuz domesticaruz tuz publicaruz. Ex his bene studio actis et collocatis pendet totus progressus hois studiosi, hoc e, qui vult proficere accommodet se temporibus.

Ante lectionem.

Aggrediens mane ad studendum. primus discat memori- ter, qua fuerint pscripta ex lectionibus precedentis diei. Demde C si tamen statim compositio sit facta. I media hora ante lectionem aut circiter tot regulas, et tantuz in quavis lectione prelegal, quot quan-
tuz

ratio studendi 

sumq; a praeceptore lectus iri existimaret. In ijs
quae sibi intelligere uidetur, det operas, ut in lectione
attendant, num eodem modo explicet & intelligat praecep-
tor, nec ne. Si qua uero no intelligit ea uel aia
uel scripto annotet, at postea animaduertat, quomo-
do a praeceptore ea explicentur.

Atq; ita comparatur ad lectionem accedat.

In lectione.

In ipsa lectione (quae quoad fieri potest nunq; negliget)
primus diligentissime semper attendat praeceptore,
nec unquam occupetur circa quicquam aliud tem-
pore, quo explicat praeceptor. Unde inual-
etia ad euagationes mentis cohibendas, fixis ocu-
lis, ubi possimus intuey praeceptore explicante,
horas enim excitatur animus & saepe ex uno
gestu praeceptoris facile intelligitur, quod diffi-
culter aliquando aut tarde fuisset intellectu.

po.

Postremo ponetur discipulis breuem quandam quasi
summas eorum qua sunt dicta a se consignatas, secus
(quantum quidem fieri potest.) domum reportare.

Ad hoc inual finita lectione no tantumⁿ diuagari
in plateis, alibiue hinc inde, sed ne colloquio quide
interumpere lectione lectas & nondum repetitas.

Post tempus lectionis,

Lectionem igitur nullas negligat repetere, sed quoad
fieri poterit statim atq; audiret in schola, domi
repetat. In qua repetitione primus breuiter
ac ruditer reuolual a se summas totius lectionis
quas debet repetere.

Demum uel ex authore uel annotatis quareal ex
actione intelligentiore, explanationem.

Si lectio indigeat exemplis, praeter ea quasunt
in libro, ipse alia excogitet, & scribat quibus
regⁿ

ratio studendi

regulas, praecepta, & id genus alia explicet.

Si vero dubia quaedam & difficultates occurrerint, eas in charta amotet & postmodum doctior se vel ipso Magistro solvendas proponat, debetque nullas lectione transilire, quin priore semper perspetissimas habeat. Repetitis inquisitis, oibz & intellectis, ea rursus apud se relegat in breves summas, quas ad retineat, atque ita sit finis repetitionis. Si repetitio sit peracta, aut aliquod temporis supersit, vel statim incumbat in compositione solutaz aut ligataz, in qua fuerit minus expeditas, sine potius quae magis ad scholae scopuz fuerit necessaria, vel repetat praesentia quae sibi minus intellexisse videt. Quod tum maxime facere debet, cum plures dies vacationuz occurrerint. Duo tamen maxime observanda sunt ad repetitione modo dictaz recte peragendas.

Vnus

Unus ut ita quis apud se repetat quasi eandem lectionem,
 uel in schola repetiturus esset coram praefectore, & disci-
 pulis uel quasi eandem deberet alteri rudiori se expli-
 care. Alterus est, ut cum a praefectore audierit
 notatum dignum aut proprio ingenio inuenit, aut iam
 regulas aliquas uel quicquid aliud, sibi clare uidetur
 intelligere, quod antea non intellexerat, tunc illud
 annotet, eo modo quo potest & quod sibi uidetur
 optimus & clarissimus. Magna est huius exercita-
 tionis utilitas etiam si quis illas nunquam amplius
 legit. In repetitione autem publica, hoc est ea,
 quae coram Praefecto in schola fit, semper sit dili-
 gentissimus, ponaturque ex quo libet saltem aliquid
 addiscere, quod ante ignorauerat si plus non potest.
 Hic nascetur illa utilitas & commodus & lectio-
 nibus probi intellectus eas facillimo negotio
 memoria tenere queat, praesertim si semel
 atque

atq; iterum eandem perlegerit priusquam se des
quiescit. In ratione compositionis hoc
ante omnia seruandum est, ut praeparant se ac Syllab
suae lectione, uel praepceptorum uel regularum, uel
auctoris alicuius, & quidem si scribat solutus,
Cicero, si ligatus Virgilius aut Ouidius uel similis
pro ratione uerborum legendus erit.

Deinde uero in compositione, nullam omnino par-
tem orationis quam ante perpenderit, si fuerit
nomen, & si uerbum, quod sit eius praeteritum & su-
pinum & quem casum suum ante se suum post se regat.
Praeter haec omnia qui latini sermonis studiosi
esse uolunt, orem autem uelle debebant. In hac
schola potissimum elaborent, ut nunquam uerna-
cula lingua utantur, nisi forte in aliqua aucto-
ris lectione. Quare studebunt orem latinè
loqui itaq; emendate & pure. Inuabit etiam
plu.

plurimus, continua & perpetua oratione nonnumquam
 historias ex tempore recensere. Primum & Ulti-
 mus sit, ut ad haec oia diuinus auxilium assidue
 implorent, & animas suas puras & sanctas cu-
 stodiant. Quomodo in malignas aias in Salomon
 inquit, non introibit sapientia, nec habitabit in cor-
 pore sub^{dito} peccatis.

50
Noia illorum dictaq; 7 patriar; hisce
versibus ex Græco Ausonius Com,
plexus est. Rey:

Septenis patria sapientuz noia uoces
Versibus expeditas sua quemq; monastica dicit.
Chilo cui patria est Lacedæmon noscere seipsum.
Beriander tepidas moderare corinthig iras.
Et mileneis nimius nihil Pitachus oris.
Mensuram optimum ait Cleobulus lindus in re.
Expectare Solon finem docet ortus Athenis.
Plures esse Bias prauos quem clara priena
Mileti fugisse Thales uadimonia alumnus.

6

Thema in laudem et honorem v. Catharinae.

In exordio breuiter propones quid sis dicturus
in hunc uel similem modum.

Egregios Virginis triumphos cui lux hodierna sacra est,
mibi stat memorare, et palmas hilares concelebrare
iuuat. Dum tuos Eli victores grandiloquo carit ore
Pindarus et tenui, Bacchilideus Lyra. Verum hic
meus anceps ambigit utrum inuocet. Quam cani-
mus Nympham an sacras Pierides, et Nym-
pham et musas inuota uocabo. Faucte Pierides fan-
neas tu Catharina mihi. Nam Carmen te dignum
condere non potis est mea musa absq; tuo auxilio.

Narrationem sic inchoas.

Nympha perenne decus caeli terraeq; quis non admi-
retur tua mascula facta? quis non obstupeat terellas
Virginem tanto robore donatam? Hoc te uis ulla
Tyranni, non te flexerunt minae, non preces, non
niger auripondus, non munera opima, non melli-
tae

tae blanditiae, quis non primo impetu uictas Martyra
dixisset, quando muliebri gens sic succid mollescere
uelut nix igne liquefcere solet. Verus quomagus
caesar blanditur, mirabile dictu, tam capis Catha-
rina magis durescere. Imperator Maxentius
nimius ardebat uirginis aestu, optabatq; toros illig
toto pectore, mortales sed enim Virgo aspernata
hymenaeos, immota uelut caeter persistit, flagrans
caelesti face et Virginitatis amore, caelicoluzq; pa-
tris, cui uni mentem formamq; sacrauit, quem
uotib; hinc compellans dicebat. O pater omni-
potens summi moderator Olympi, serua integra,
da Virginitatis honorem, nulli statim me iugali
uinculo sociari, uitaz expertem thalami ut mal-
ta Nympharuz millia ducaam dum spiritus hos
reges artz hoc mihi sedet fixus animo immo-
tenuq; sedebit, Solis iubar dux nitescor, qui primus
me

me sibi uirgil, amores ille meos habeat. Sic pre-
 cata Virago finem dedit ore loquendi, furit interea
 Maxentius, sed Catharina nec furore, nec mi-
 nis uel hilum flechitur, sed pro uera religione
 pudoreq; lata ultro dedit colla secunda gladio.
 Adhuc Aligeri super alta culmina Synai corpq;
 uehentes replenteq; plagas aethereas, concentibq;
 hymnisonis. At rector Olympi pro vita mori-
 bunda et pro spectis Hymeneis Martyra donauit
 falicibus aetheros oris. TEND.

Primum argumentum.

Veteri ac laudabile consuetudine receptum est, ut hi
 nimirum examinentur, qui aliunde tanquam ad mer-
 catum artium liberalium ueniunt, ac se in fidem
 ac tutelam alicuius praceptoris committunt,
 quo melius cognoscatur, quomodo illis subueniendus
 sit. Licet oia haec diuina fauente clementia tan-
 dem aliquando subierim, ut summa cum laude ac
 hono-

honore ad humanitatis classen promotus fuerim,
id tamen haud sufficit, nam facillime accidere
posset, ut aliquis casu ad interrogata recte re-
sponderet. Ad haec igitur etiam necesse est, quo
saepius eo melius, ut iuuentus sese indies exerceat,
nec minus ego quam ceteri, in hac nimirum ex-
ercitationis assiduitate, quam nobis ille impone-
re conabitur, qui nos ad informandas et institu-
endus animas bonis moribus, et totam denique vi-
tam ad recte beateque uiuendum suscepit, cuius
iussa tanquam diuina quaedam uerba non minore
reuerentia obseruantiaque capessere debemus, ac si
ab ipsis parentibus proficisceretur. Siquidem Se-
neca praestantissimus, qui merito et iure optimo
ab omnibus penitus mortalibus beneficij muneribusque cu-
mulandus est, utilissima praecpta ad vitam et mo-
res instituendos praecclare tradidit, Praecpto-
ribus non minorem exhibendus esse honorem,
quam

quam ipsis parentibus, et causam subiungit dicens:
 a parentibus nudum solummodo corpus accepimus,
 sed a praecceptoribus qui sunt alteri parentes ani-
 morumque formatores, non solum corpus, sed etiam
 animus scientiarum floribus ac morum virtu-
 tumque splendoribus egregie instruitur atque ornatur.
 hinc enim saepe cernimus, quod pro grati animi
 significatione serenis illustres principes, aliisque mo-
 dum integritate conspicui viri, ubi togam virilem as-
 sumpsissent atque sentiant, quod quantasque a praec-
 eptoribus hausserint ingeniorum utilitates atque fructus,
 illos ipsos quoad possunt non solum summa humani-
 tate, amore, omni officij genere prosequantur, verum
 etiam ad maximos honores et ad optimas dignita-
 tes promouent, ac denique divinis laudibus ornant,
 colunt et venerantur. Sed de his rebus satis superque
 sit dictum. Vale.

Joannes N. Hieronimo Wessero,
S. P. P.

Litteras tuas exoptatissimas, quae me incredibili quadam
animi iucunditate perfuderunt, accepi, quibus nihil
suavius, nihil iucundius, nihilq; optatilius accidere po-
tuisset, quia in his tota res de illo agitur, quo cum
uixeras semper humanissime et suavissime, quam ob
causam ualde laetor, gaudeo, exulto. Illum mihi
quidem à singulari quodam corporis fortitudine ac
robore commendas, quare ei non possum non ami-
cus esse neque solus tua commendatione, quae apud me,
ut debet, ualet plurimum; sed etiam uoluntate ac iudicio meo.
Quem quidem quibuscunq; rebus potero diligenter tuebor,
illi meam liberalitatem semper ut summi à me con-
tendisti precibus, ostendam quantum humano consilio
efficace possum. Quapropter cum tuam singularem
animi beneuolentiam ac propensionem erga me uideris,
nihil mihi impacterum tam difficile, nihil tam arduum,
ac laboriosum erit, quod non summa cum uoluptate,

me

humanitate et amore libenter sim facturus, sum enim
 propter arctissimum necessitudinis vinculum, tum etiam
 propter familiaritatis congressum, quem à teneris
 ut diciter, unguiculis habuimus, ac demum propter
 singularem virtutum ac morum dexteritatem. Vale,
 Attus enim plura cum plus otynactus ero.

Thema de S. Nicolao Episcopo et confessore.

IN exordio adhortauerit initio poetas, ut uana et ludicra
 carmina perosi flumina linguae, dicendiq; gratias et
 lepores ad viros potius ornandos, quam nescio ad quos
 Aeneas, Ulysses, Achilles et Aiaces canendos conferant,
 ad viros inquam et potissimum ad diuum Nicolaum cele-
 brandum. Quae uos o Vates Heliconis alumni, musa,
 rump; famuli, inceperit dementia? quis furor exagitat?
 quae uos transuersim uis raptat, deq; tramite recto deiecit?
 Ut ita diuorum immemores solos sine fine crepetis Mem-
 noras, Aeneas, Tithidas, Achilles, Herciosq; duces,
 quos tamen aliquando auras hausisse uitales haud
 monstra

monstrare queatis: Relinguite nugas Inauidumq; cano-
ra signenta perosi conuertite eloq; uestri flumina ad
oras aethereas diuumq; expandite laudes torrigenis
praecipue tamen Nicolaj, cuius solennia festa,
bruma reuexit mers et fumosus december.
Sic uester mecum labor uobiscumq; uicissim sit meus
et tunc afflabit ambozum, cephis, quos, parat, pia
turba castarum sororum honores.

Talis sit Harvatis.

Vrbis antiqua fuit Lycia regione locata, clarum
habens nomen clari di nomine patrae. Haec no-
stro Licolco dedit in cunabula, nascentemq; excepit
uagily p; pueri attetis aurib; hausit nec solum
hoc sed et oblapuit puelli miranda facta: Nam
simul ac matris uentre progressus luminis oras uisit,
et aethere uesci cepit, membris tantillis atq; tenella
indipit certis ieiunia certa diebus, detredans lactis
niueus potare liquorem, quo manifesta sua quam
postea uixit uitae argumenta dedit, quis enim
por.

portendere neget integram sceleris vitas uacuum crimi,
 ne ex inuente quo abstinuisse cibo uirtutis amore.
 Porro Hicoleus curas cum liquit et blanditias flo,
 idola iuuentutis cepit deare, non se desidia con-
 secrauit non otia mollia se. Talis est, sed pede quo
 recepit feliciter ire cum ederet uagitus infantiles
 semper yl. Mores multa grauitate referros, artibus
 Aonijs conijungere suctus et istas moribus Aureolis
 incorruptisq. donec merentem culmina Pontificis sum,
 mo donauit honore ihs Lybia o terq. quaterq. uros
 felix, cui talis diuum munere mysles attingit, quo
 non fuit alter integrior et qui patrauit tot mira
 quot in aethere lucent sidera. Sed finibus arctus Ly-
 cia non potuit tanta pontificis fama concludi, sed
 permanauit ad loca peregrina et ad extera. Exim
 damnauit quoq. Hicoleus uos insertus Olympi arcibus.
 Exim fluctibus oppressus Neptuni nauita insignis pose,
 re opem cepit Nicoles nec irrita uota fudit nauita
 cum Nepti minas pelagi lenisse uocatus expertus sit
 Hico

Nicolesq; iratumq; agnor' uidentib; undis exactis pre-
cibus placidum conspexit. Valeat Castor et Pollux,
quos Graeci à stulta placandis fluctib; agnoreis
humidiss; procellis profecit. Quis turbantibus agno-
ra Ventis Naucerus cerebri uacuis utraq; id
sidera palmas tenderet. Valeat Naiadum stultis-
sima turba, iouis caeruleus frater Tritumq; deaq;
Pyg; et totus Phorey choros et Panopaea Virgo
quos habitare salum memorant monumenta uetu-
sta, pueriq; libri Nicoles cedant, cui salum
rector splendentis Olympi et muliere dedit uela
et tollere fluctus. Nicolesum clamet, quisq; Hep-
tunum censet et dielo citius: si fraudis nescia
dixit uota fecerit ad optata littora portinget,
nec tantum pelagi sed aeterni quoq; portus ple-
ni' subscribit ostia uelis. T E D

Mey

Anno 1591.
die 3 Janua.
1591.

11

Messapus potentissimo et invictissimo Regi
Turno S. P. D.

Nisi me totius regni tui utilitas Rex potent: et extrema
Latinorum calamitas, miseria, ac deploranda rerum
omnium conditio compulisset, nunquam nec ulla ratione
nullog's consilio adduci potuissem, ut hac tempestate in
tanto maerore, tantog's dolore & luctus acerbitate, ac
summis demig's invidiarum procellis, discordijsq's ad tuam
maiestatem et serenitatem literas exararem et scriberem.
Doloris enim & tristitia magnitudine & infelicitate
ita torqueor, ut pra nimia aegritudine, acerbitate,
languore, & infirmitatis gravitate, neq's cibum, cum
intimis meis amicis & familiaritate coniunctis sumere,
neq's quietem capere, neq's ullo demig's vitae officio ac
munere fungi libeat, nec id quidem iniuria, occidit
enim lumen et cultor nostra Reip: perijt regum suog,

pro.

propugnaculum fortissimum Italiae, cecidit decus
et ornamentum militie, interijt spes libertatis et
Victoriae Rhannus inquam totius tui fortissimi ex,
exercitus laus et gloria nefario scelere interceptus,
hi adatus, ac perfossus iacet. Est quidam Tro,
ianorum nomine Hisus, vix summa audacia,
& factiosus, quem ad perturbationem et evertendam
funditus Remp: mali mores et maximus furor
stimulavit, homo inquam ignavus & omnibz sceleribz
flagitijsqz inquinatus, qui cum proe nimia pi-
critia ignavia nihil unquam in praelio laudabi-
le gessisset, nihilqz generosum et ex alto animo dignum
perpetrasset, nec cum ullo mortalium aperto
 Marte congressus fuisset, ex insidijs frau-
denter argute telo fortissimus belli ducem & in-
sionem arguendi arte Rhannetem, nihil tale
supplicentem aggressus est, et in castris, viro
et somno oppressum et obreutum illuz ita trucidavit

uit, ita oia sua membra laceravit, & per agros disper-
 sit, ut tota illa terra sanguine et cruore nigro
 tepesfacta ac madefacta erat. Illius enim Vitae
 tam astute tam nefarie insidiatus est, quemad-
 modum lupus, qui circa medium noctis magno
 cum fremitu praefame furcus, stabulum ovibus
 plenum circuit et oes frenos agnos inclusos,
 Non sicus ille Huius fraudolenti, perditissimi
 nebulo, bestia inquam truculentissima sub me-
 dium noctis e civitate egressus, tanta arte
 tantis conatibus Regi maturavit, tanta denique
 astutia vitam alijs prestantissimis viris eripuit,
 alijsq; belli facinora oib; modis paravit, donec
 tandem occasionem cadis perpetrandae et auda-
 cissimum facinus committendi oblatum videret.
 Quare Turne Rex mihi: te rogo et obtestor ac
 oib; deniq; precibus ate peto, ut pro tuo singu-
 lari in Rhamnethem amore, pro ai magnitudine,
 industria, labore, quae in bello sustinuit, mortem
 tan

tam nefariam et fraudolenter illatam, ac tantum demum
interitum militia usquecaris. Hoc si à te, ut spero,
impetravero, tibi per meam dextram polliceor,
me meosq; intrepidi & constanti defendere, et oī
cura, industria moliri atq; efficere, ut per magno
ipsi Troiam detrimto perniciēq; premantur ac
extremo conficiantur exitio. Vale. maternum.

Thema de natiuitate Christi.

Nunc ego qua nunquam Virgineo sub monte Parnassio
 locis uiridantibus audita aut Phœbo cognita fuerunt
 expediam. Vos o plumipedes iuuenes pennata cohors
 felicia pectora, secretos monstrate locos, nullig ante
 pede tritor ut inde capiti meo, insigni cum laude colollas
 decerpam: monstrate uiam mentes corporis com,
 page solute, stat ferre pedem non ad fastigia mon-
 tis musci sed ad Bethlemitica rura, et tecta sonan-
 tia sacro Christi uagite, curas illig niuisam qui
 temperat oia nutu. Tempus erat quo luna hijugis
 suis inuicta nondus peruenerat ad medias Syderej
 axis metam. Cui Ventj possuere oisq; resedit Vox
 Urbesq; silent, et cum nec fera nec Volucris nec
 ueneno turgidus aspis dat sonitum cum ois placida
 composj pace quiescunt, et cum iam senior superis
 dilectus Joseph acclinasset duro lecto senilia membra
 ad somni munera captanda, ecce nouq; uitor subito
 cale

caelesti de sede emicat, et noctem splendore vincit den,
sa caligine pressam auditiq; iuuenes aetherei. ◆
Pars digitis argutis percurrere loquacis Cythera
chordas pars sinistra et nablia pollice docti pul,
sare, agnovit Cytheree cantus purissima uirgo, partiq;
propinquos hard dubijs signis aduentare sentit,
corripit se se ex strato, et utraq; manq; ad sidera
tendit, sic ore locuta. Omnipotens rector cui po,
testas caeli summa qui mare qui terras et lucida
templa caeli, nomine tuo complex, nunc tempus
adest, quo se proles tua nicolumi genetricis
honore sub luminis auras offerat, quo tellus mi,
hi applaudat quoq; mihi plaga caerulea ponti ri,
deat. En grande reddo depositum ex mator ob soe,
tus tibi offero dulce pondus uteri in lucem serream
expono. Sic memorat fruiturq; dei colloquio tur,
baq; beate aligerum, pascit caelestibus odis ani,
mum explereq; mentem nequit, iuuat usq; morari.
interca

Interea partus hora propinquat fausto sedere iam
 caeli Regina stabat interrita nil fluxum aut caducum
 pectore uolens nil mortale putans, uariisq; circumq;
 suprag; iuuenes aetherea sedi assueti. Illam pater
 illam spiritus circumdabat et suaui mullebat pectora
 sensu. Dum clausa aluo et immotis Virginei claudis
 spectantibus astis prodijt in lucem soboles diuina to,
 nantis. Prodyt haud aliter quam cum solis ra,
 dios specularia admittunt, lux sine ui sine fragmi,
 ne transit, aut cum eadem lux aera penetrat aut
 complet. Hunc puerum mater haud precioso in,
 uoluit amictu, oscula terq; quaterq; dedit, coniungit
 oribus ora genasq; genis, et in praesepe tulit,
 hinc illum tardus assellus et bos ore fouent auras
 spirante calentes, agnoscit Dnm et procumbit humi
 bos procumbit mora nulla assellus, et tremulo po,
 plite infantem adorat. Scilicet hoc olim praedixe,
 rat ore fatidico Abacue quando ut affore tempus,
 Cum

Cum deus in medio duarum ferarum cognoscatur.
Quis tibi tunc sensus fuit castissima Virgo, cum
muta animalia soboli tua famulantia aspiceres.
Nonne putandum est aetheream aulam totam por-
tis bipotentibus excitam spectandi studio et noua
monstra videndi aligeri certe pueri uolantes miro
modulamine caelum terramq; complent, pastoresq; ad
nati seruatoris curas mustarunt. Poterit hic
breue colloquium constitui cum puero.

Aliud Thema de eadem natiui-
tate Christi.

Ecce effulsit dies lacta quadrigis roseis, gaudet polus
uterq; fretum, terra, caelum. Quidquid uiget ubiq;
per climata uasq; mundi gaudet natq; Christi dei
aduentu. Versata caelicolum agmina per aethera
cantibus sacrisq; harmonijs extollunt nationem.
Lato pectore modulantis nobis gratantur quot
aura

aura felix nostra rati fulserit. Rebus tristibus illa,
 Chrymant secundisq; gaudent, et iuuat nos ha qua parte
 inuare queunt. Ergo perenni laticia pariter gaudete
 Christigena quam praesens dedit alma dies. Puerios
 sonos iterate et mouete cantq; coronata fove sorte
 thura merumq;. Nam delapsus Olympo aethereo
 uenit deus, atq; lusitat in gremio sua matris.
 Quo intactos nos ab unda Phlegethontis picea
 seruet et ipse plagis aethereis miserat. Quare Choro
 deo semper sit summa gloria qui homo ager nascitq;
 nostra causa.

Aliud de eadem

Oritur dies alma qua iuuentus solit te christe cele
 brare (si modo tempora non fallunt) Et tempora
 festa odoratis sertis innectere et ad tuas cunas sa
 cra carere carmina. Inter quos meminim dum fata
 me regerant uia pars magna ego sui tibi no' iniusa.
 Quem depressum nunc uitij quasi ligatum fure mali
 confue

consuetudo iterata saepe tenet. quique mollem prius
et laboribus vacuam egi vitam in studijs Pieridumq;
Choro, nunc procul a uero armis circumsonor Aeg
yjs miser ab hoste multa uolens nolens passus.
Sine casus mihi sine dedit hoc deorum ira seu fuit
mihi parca nascenti munda, tunc unum è multis
tamen peccatoribus omnipotens Iesu potes re,
stituisse, nam domina quicquid facti cecinere
sorores nouimq; de esse sub tuo arbitrio. Ego ipse
merito ad undas tartareas mittendus quo uia
facta est labore non exiguo, supplico, si est fas
miserere dolorum nostrum nam premit dura fors
difficilisq; nimis. Praesta auxilium bene Chre
relicto fer opem in mens' parca tuo sanguine
intereat. Huc ades purissima uirga et mentem
releues ofo sis memor unius è numero tuo. Vosq;
cives supernorum mecum haec poscite, mens etc.
nim

nim iacet nimio pondere pressa. Vos quoque poëta
 pia turba studijque consortes, hac eadem deus natum
 quisque rogare. Fateor non merui tamen pietatis
 auxilio egenti libenter precibus ferre opem.

Epistola suavioria.

Hieronymus Welserus, Bartholomaeo N:
 amico suo S. P. D.

Frequenter fui miseratus sum amice haud vulgaris, qui
 co dementia, temeritatisque prolapsus esse uideris, ut
 metu et timore potius teos in officio continendos, quam
 beneuolentia, humanitate et amore existimes, quam
 sum uero in hoc nefario proposito aberres a scopo ueri-
 tatis, re ipsa experior, et experientia quotidiana docet.
 Nihil enim (charissime amice) potest esse aut fir-
 mum, aut diuturnum, in uniuersa hominum natura,
 quod amicitia uacet, qua nihil praclarius, nihil pre-
 stan-

stantius, nihilq; iucundius est, et hoc habent eruditi,
cum uirorum, summo ingenio, summis uigilijs, elu-
cubrata scripta. Sed cum et humani et boni
amici sit, ut alter alteri semper honesta, necessa-
ria et utilia suadeat, contraria uero quantum hu-
mano consilio efficere potest, dissuadeat, mearum
partium esse censui, ut pro mea in te fide, quam
tibi debeo, quid tibi optimum factu existimarem
quandoquidem praesens coramq; non poteram, literis
saltem ostenderem. Verum cum rem melius peni-
tiusq; mecum perpendas, uideo amicitias et bene-
uolentias plus ualere apud ingenud et liberaliter
educatos uiros, quam metum istius et timorem.
Sed quid ego ista consector, aut quid in his mi-
moror? cum Dionisij Syracusani et Sylla
romanorum istorum inuictissimorum cogitatione
cuncta scelera et facinora complectar. omni
impe,

impetu mentis, omnibusq; indignationis uiribus, ad id
 reprehendendus magno et merito quidem, affectu
 rarior: Quorum exempla horrida, quam potero
 breuissime oratione perstringam. Illi, ut scias,
 summa seueritate immantateq; tanta crudelita,
 et tyramidem tam in ciues, quas in exterarum natio-
 nes exercuerunt, ut indignum auditu, sed tandem
 cum experti fuerunt suo malo nefarioq; in Repu-
 conatu: Malum esse custodem diuturnitatis metus,
 ut inquit praestantissimus oratorum Cicero, fas
 potius metui quam amari uoluerunt, optimamq;
 uiuendi et imperandi disciplinam à Repul: nefarie
 sustulerunt. Quos equidem neq; reprehendere
 neq; uituperare quisquam satis digne potest, qui
 tam crudeliter tot urbes, tot italia partes et
 nationes civilis sanguinis fluminibus munda-
 uerunt, quam cuius credibile est, corpora homi-
 num,

inmanissime ferro ignito laceranda et per aegros
dispargenda curauerunt, quod quidem inexplebilis
feritatis iudicium est, adhuc non solum homines
aetate summa confectos, sed etiam infantes alios in
conspetu parentum humo miseri alios pilis excipi
iusserunt, aliquos belli facinora patrauerunt, quae
memoratu intollerabilia sunt, quorum quidem
multa exempla et aliorum narrare possem, quae
breuitatis causa silentio praetermittam. Vides enim
qua crudelitate, qua cupiditate, quibus conationibus
denique perditissimi et facinorosi illi homines per
sequendi vires, populos et nationes iras nefarie
distruerunt, qui omnes sua dementia et tyranni-
dis ex diuino quodam instinctu praenas dederunt.
Aspiciamus nunc amoris benevolentiaque vin-
culus indissolubile, potens et prauulidus, quod
neque ulla ex parte sine nefario scelere labefacta-
ri potest, per hoc in quas amicorum hominumque
aio

18
dios otuincientib; honores augetur, dignitates ampli-
ficantur, diuq; honesta negotia fouentur: Vnde me-
rito hoc prouerbium profectus, Concordia et uno,
re res parua crescant, discordia uero maxima dila-
buntur: quod ueteres Romani intelligentes non
iniurijs, sed beneficijs numeribusq; populos ac na-
tiones ad parendam et sui amorem amicitiasq;
allicere consueuerunt. Vnde etias Micipsa Rex ille
potentissimus, moriturus ad se se filios aduocasse
legitur, atq; ita fugatas allocutus est. Equidem
ego (Echaris) uobis regnum trado firmum si cecitis
boni, si uero mali, imbecillus. Quapropter haud
uulgaris amice te rogo et hortor, ut et virtutis et
doctrinae studijs te solum recedas ac dedices, et eos
mitteris uiros, qui in laudibus et uirtutibus usq;
ad summam senectutem summa eius gloria uiperent,
et cogites etias te non presentibus modò, sed etias
posteris natujs esse, et hoc quidem facias parentujs,
Ami

amicorum fidelissimorum, uel nostra familiaritatis
et necessitudinis causa, sin minus, tantum inimico,
rum causa, ne habeant occasionem se offendi et
exultandi in hoc tuo interitu. Spero igitur et
placido mihi persuadere, te merito moueri debere
his tam praeclaris Romanorum exemplis. Id
denique mei officij esse iudicavi, uidelicet, ut tibi homi-
ni non modo multis modis copulatissimo, acrum etiam
iucundissimo uestigia, quibus ipse a puero stem-
migressus, commonstrarem. Quasi tu pari cura
accipies atque ego dicturus sum, futurum confido,
ut neque me mouisse, neque te paruisse praemittat.
Vale. Data Ingolstadt, prid: no: decembris.

Dialogus.

Auditoris et Praeceptoris.

Qua ratione quis se dignum possit preparare ad
sumendum Eucharistiam.

Aud: Quo gestu se componere debeat qui mores deccant,
cui placet ad sacras dapes ire, ne paeniteat se paucis
dictis absolvere, si est tibi cura mei, ut mihi est cura
tui; sic calicula faciles secundent, tua cepta, sic au-
ra leuior impleat sinus patulos. Pra: An est quicquam
quod tibi non possim petenti ferre, qui rogas metas soli,
cita pietate, tu modo sermonibus nostris aures da uacuas
dictasq; mea recondere mente perucigili. In primis mitte
seruetando uanum laborem et puta ore domini nil esse.
uerius, ne titubet licet contraria iactent haeretici, nihil
substet forma, et color nil moueat, quod ante pedes rical
nec dng possis comprehendere, et putas sacra mystica
statim fore aperta? haud equidem fallit quengquam
Chri sapientia, fallit se quisquis erit tardus cedere.

Aud

liaritate
inimic
affidit
biter et
debere
I
homi
ecum
o sicut
ati car
confide
mberit
is.

Aud: Eia age facis vela austris minus felicibus
procurrit. Inter ias tibi aqua placida. Prae:
Postea peruanu recessus ai. secretos et reduce
acta crimina ante tuos oculos ac nully mastos
flumina dum tibi humectent et funde pius
lachrymas euz gemitu pio, tegz expediat hinc
uinculis sacerdos pro more postmodo tui ipse dato
deo supplicius. Aud: Narras bene: pro nostra
mercia quam sequis: eequem ex animo admissorum
panitet? mandibus illotis uolitamur ad aras sax,
Itaz, obscuranoz ore cibuz sacruz tangimus:
He caetera cela nam asto auribus arrectis crede,
Notus non tua Verba irrita rapit. Prae: Etiaz
Suave est sentire lepores diuinos euz mens uigel
religione recensu, nide per dicora colla ex ocu,
lis lachrymae fluent et amor pius conuenien,
ter suspirat, sed quamuis nullus sensus tangat
praecordia, et haud ullis aquis corda arida riget,
tance

tamen non hocce ming sancta require conuinia, et
 tui oblitus plus deus tueare, semper illius scilicet sit
 cordi gloria, spectetur eius honor totis uiribus,
 quem certus est propagari, dum fidei mente libamas
 sanctas dapem ut ipse iussit. Aud: Fateor coxit
 me in aspidem aniceps scrupulus et cura molesta
 diu anim diuisit, nam gemitus adorant nullis nulla
 suspiria non erat sensus alta religionis. Experi
 affectus uiz poterat ipse precem curas ordiri seu
 francus, lignum inutile. Ob quas res me forte esset
 mihi nomen parum amicus et saepe timui iratus
 deus. Detraxisti breuibus uerbis magna mihi porde,
 ra, uens est plane tuis monitis reuelata. Prae:
 Praeterea est in rem corpus Christo animamq; sacrare
 sedq; deo summo tradere. Et postquam prouideris in
 te ara augusta hoc ore poteris Christo loqui blanditer,
 o bonitas, o sapientia Christi o iustitia, quem sibi pa
 ter mente genuit aquamq;, solus sortem miseratq; acer
 bas.

bam terrigenum dignatus es benignus opem ferre cele-
rem, et itero Virgineo parvulo infans latuiffi, et nobis
es natus homo simili corpore, ac latus sanguineus
acuto ferro traiectus, suffipus arbore tribus cupidus,
bus, minoqus sceleris nostri contagia delidij, ut
rursus consequeremur opes amissas. Quod sum,
quod ualeo mitissime fessy corpus totus et ipsaq;
aias sacro tibi, te cape, donec mors frigida artu
nepos mihi soluerit, et amnis defectis et completis
ferar in loca iussa. Omnia nostra obedient
semper amori tuo eximio pectore honorabo et
colam te solum Christe, propter te opem tolerare
et perferre labores magnos et duros, et rigida mor-
te vitam posse ponere, accipe me, neq; enim post
hac studebo et conabor esse meus, incipias sihu
esse potero. *Alud.*) Versant iag iag hilares cura
in nostro aio insignis laticia carmine uenit no-
ta, nequicquay est modo quod optem tantis desi-
derijs et feruoribus, quas famem frequenter re-
pelle.

pellere caelesti epulo, nam si sacra haec meis morbis
 medicamina promittant, ah tam presentem opem
 cur aeger fugias? si est Christy lux et lumen vitae
 cur merces tenebras amemus? si est uita, sit
 ipse nobis uita licet, heu homin mentes uanas et
 uanes, heu caeca pectora cur adeo pauci beata
 dona et caelestia petunt, quod porrigitur et datur
 hic deus est, nullus flagitat precibus, sola fides
 precibus est huius muneris, porro reliquus ne
 tardes te monere haud sane ista canis surdis au-
 ribus. *P. 2.* Rursus pensandus qualis et quantus
 sit ille, qui uult te et tu hospitij habere, tu quoque
 quae sit mortalibus conditio, et quis moribus ornatus
 eas discutiturus, Immortalis ille quiescit eius summa
 pace, miseros mortales, premunt aspera fata, ille per-
 met per curitas rerum naturas, ille terras replet et polus
 ille replet, nos ut bestiola septi limine tractorum, claudimus
 et mundi pars nisi parua sumus, haud argento eget,
 qui aurum fultus condidit, cuius opes sunt oes, quas te,
 nec

net orbis, est sapiens est bonus, iustus idem sanctissimus
omnis principij caput omnipotens. Ad illius iussa properant
uolucres ministri, quod de mus alta immergi poli continet,
nos canoso heu uictoribus mersi gurgite, uix ah uix suspi-
cimus unguas. Sordida lupu diffundimus atq; habendi ar-
dore perimus nostro pectore nulla uiget religio.

27

Thema de purificatione et laudibus
beate Mariae Virginis.

Redunt Virginei partus purgamina, lux saepe uotis
cupita oritur, dies poëtis expectata tedit lata usq;
candido signanda lapillo, qua supplex te o parens ad
aras uenerabo, et sortis ferax è floribus nec non
liquorem spargam de flore Myricolo. Quare summe
parens uires largire ac fragilem ratem dirige, nam
mens est mihi iam pridem laudes dicere Virginis et
uias ire uatibus suctam. At quis potis est celebrare
eas digno cothurno, cum in orbe nihil magis splendeat.
Si spectes formam natura huius negabis nihil, oia ceru-
mus esse in summo gradu. Lumina uultu resplendent
aurea, et lucent in ore ambrosius decus aurora colla-
ta, nitore superat, est candidior nive et polo lucidior.
Aspice in corpore humano dotas diuinas, nihil uides
mortale nihil inest nisi numen, illas Virginitas, illas
pudoris cura exulit et dedit nomen clarum.

Hinc

Hinc candidus nuncius Augusto ore tulit illi secreta
dei mandata per auras, hinc et dei sobolem cae-
lesti ortu concipit et conceptas nouo ludere Virgo
parit. Quid multis? equat des ueteres heroidas
nec fuit humano cloro nata puella. Laudant
ffermionem quod capillis erat spectata et coma
sibi fecerat arte Apollinea, hoc potuit formosa
uideri Clytemnestra quod spargerat candida ora
roseis comis. Sed haec quid erunt si cum diua
Virgine, quam constanti fides ad astra uexit,
cui modo diuus potestas est concessa. Diffundit
pacato uultu aurea tempora et ab ore tranquil-
lo pap aurea uenit, tristia dum loquitur nubila
caelo discedunt, uerna quies roseo est uernus in
orbe decor, quod si quem dignatur ocellis huius
nectaris fontes fluunt et ambrosie, In quem
oculos conuertit propitios huius de caelo quasi am-
brosia spargit, huius roseida ambrosia proma-
nat labris ambrosius decor spirat ab ore.

O nul

Onulla aequae formosae cunctis puellis, nec quae castis
 uiris tandem sit adamata. In terris sola Helena
 eius sola forma probatur, sed tamen Helena huic
 quid fecit nisi forma? ast haec uel nulli ueterum
 pietate, iusticia, meritis, religionem, fide, secunda
 est, huic superi plaudunt super aethera, huius et mo-
 ritura gens de terris fauet. Quis neget hanc uocari
 posse Pandorae, cui superi singuli dona dederunt?
 nam quae unquam Virgo aequae fuit aspectabilis, quae
 suo more sidera uincat. Cui noua purpura diffu-
 sa genis fulget ac in reliquo corpore fulget ebur,
 cuius honor mortis ictu nunquam uiolabitur, sed sub
 astra feret quibus laude, nam quascunq; dea uetusta
 habuere dotes, has sola uirago magis atq; magis tenet.
 Hinc oes nonne merito contendunt uiribus demeritis
 se suis officijs, igitur iuuenes hanc et nos ad aras
 comitemur, potest Virgo referre officij officio, cer-
 nimus hanc properare ad templi limina, et manibus
 suis

Suis portare signora, quo sic atria patefaceret
aetherei templi et munera magna daret uiris nte,
grit et pudicitia deditis, cui ergo tanta in aro
rigescit durities ut Virginis obsequio flecti non
possit, illa porrigit manus quo possit lapsus tol-
lere et erigere, ut ager opem sentiat medici gratis
et nos genus migrato ac mortis ludibria despicientem
opem dantis munificas? natum in templo obitu,
lit et pariter seq, suamq, domus, cuncta donan-
ti dedit regenda, nil seruauit sibi quod illi quod
illi non sacrauerit, sine quo cuncta ruunt ca,
Duca sub celo nil durus adeo seu intolerabile
est uisus, quod non fecit amore sui grati, et
pauperiem coluit, nec fuit uoluptas adoptata,
et in terrib nulla frui communitate. O rerum
facies hominumq, o caeca pectora quaz tempora
nostra abijs diuersa fluunt, heu quantis in
nunc conatibus aurum quaerit, hic orbis nihil
charius nec acceptius diuitijs, quare eos re-
leuate uirgo parens iacenter margariti uitis,
sa

Sa ^{litis}, uoco te spes magna nostrae salutis, te co-
 lumen praesidiumq; vita mea, nos aspice ne auertas
 uultus praecakti, neue preces humiles despice du-
 ra mente, ne ming teneram hanc ^{iuuentam} mentem Virgo
 tucare, qua ^{lata} uiuere cupit tuo obsequio.

Sequitur aliud thema Carminis.

Deploratio Metrica uitae praeter omnem
 modestiam peractae.

GAVDIA quae elapsis diebus sunt agitata canam plus
 habuisse fellis quam mellis, plaxsa tympana passim
 strepuerunt, nullus fuit leticiae expertus, civibus, hospi-
 tibus, studiosis, alijsq; omnibus, oia sydere fausto flupe-
 runt, dum uino caluerunt, dignus erat cunctis unus,
 una mens tibus, iocem sensit pauper Codrus cum
 locupletis Craso, omnes gaudebant cucullis certare,
 et polus frequens uoce ferire, inter quos putari pulcherrim
 primas tenuisse, pessima quaeq; mihi laudi ascribens,
 tunc felices uentis implebant mea carbasae, etiam unq
 de

de quo vis homo loqueretur, cælus mihi ipse ridebat
et ipsa fata rebus meis benigna spondentur fauorem.
Ast modo quid lucri habemus? nil nisi quod mens
gemat stimulis exagitata, gemit mens atq; ex cor-
de ducit suspiria, dolet se cecidisse in laqueos do-
monis, his insidijs ipse tendit retia, his capit et
sub ditione premit. His ego trisq; tyrannus ser-
uire cogor, me miserus, et perpetua dura pati vin-
cula. Ah utinam ab amnis primis me mea ma-
ter fleisset, et funera mea essent rapta è curis nõ
ego sentirem in mente tam multos dolores nec ab
hoste premerer iugo tam duro. Fregi frequent
fidem Torantis, iura saepe uiolauj, uerbis sum co-
natus saepe fallere deos, frequentauj quidem templa,
sed qua noxia uidi in his? meis oculis oia sunt
facta noxia, ipse mihi sui noxius, quod cum ita ex-
petij cupido lumine, quæ uetat lex petijisse, et uidi
et perij, atq; in pectore et corde meo dixi, hæc tem-
pla non erunt mihi templa salutis, mea facta re-
uolens

uolens impia saepius facide ingemij et animus meum
 mea crimina urebant, sit modo a quo potero expetere
 suppetias, dia meis rebus sunt aduersa et inimica.
 O numina quo me conuertas? qua regitis regna poli
 cus patre aeterno, quo me subducas? quo me recurdas
 in antro? ut uita mea acta lateant et occultari que
 ant, dolet mihi mens et sanguis sub pectore foetet,
 et facta mea cruciant animus, lingua in fauce
 matris ias haeret, stitamen compellit me acerba queri,
 membra tanto sunt dolore compressa, ut labasias, si
 nox die grauior, et dies nocte mihi, furo demonis te,
 necor modo constrictus, et proterua Verg mihi uircla
 miyca, quas obfuit misero mihi, docti seruisse fideliter
 et tanta fide ipsuz amasse, utinas pareat qui numina
 Bacchi honorat, et duras militias sequit, Veneris,
 et mihi si arideant posthac Veneris documenta tuu
 lupi rapidi mihi membra dilanient et coruj anido
 gubtere mihi membra discerpant, et unguibus oculos
 effon

efficiant, ah valeant conuiuia, Veneres et lūij, iōq,
et lepōres obscenij, eus Symphoniacis Cithera mo,
dulamina dulces, an quia a pueritia te dilexi
perfidiosa Venus, hoc de te merui? Sit satis afflyxi,
se me furore disans et animus furis exagitasse,
nunc recuso seruitus tam inimite domini, qui ob
sequio noluit flecti, quem lacrymis aut fletibus
nunq̄ potui ut esset mihi clementior, procul esto
Cupido, Bacchi Venerisq̄, casta placent, luxus na,
le ias mihi parate tubicaz et choroaz Franciscq̄,
et pedes nudoz lignea constringam uincula, nunc
ieiunia mihi iucunda sunt et placent, quibus ego
calus promeruar, eus atra dies me soluerit et
vita flamina parca ruperint, quod si longa
uita et diuturna incommoda me premerent, et
cana senectus caput neq̄ inficeret, quis modus mi,
remiri posset, in uitis meis deplorandis, quis satis
posset uerbis explicuisse, quot segetes habet et gar,
gara, quot racemos habet Netygma, et quot
dabel

habet calyx stellas, quotq; mare uoluit aquas,
 tot crimina fœderant mihi mentem, me miserum
 nec feret quisquam impune facta nefanda, exactor
 qui iudicat orbem nimis rigidus, haud sinet cri-
 men abire impunitum, testis menia & Septoria Apollis,
 nec Troia et genus Vardanum, cuiusq; Vardanus
 testis qui propter permiuria falsi nati Aegeo mari
 incidit uana noia, Lucifer bifido fulmine ad undas
 Stygias detrusus, perpetuo luit facta sulphure.
 Felices aëre usq; melioribus fati, quibus primas
 cura casta & saluerna, nec quibus hic fuit Ve-
 neris studium, nec cupido dira, argentive sit perni-
 ciosa sed casto pectore rimabant, templus calico-
 lus deslentes suas culpas nocte diuq; hinc et
 perpetua uita munere donatis, nunc agitur superis
 iocis uita, sed paratur mihi triste et crudele suppli-
 cium, et narent me praemia digna tartareo laeu,
 nec fata immatura parcent mihi iuueni meq; iuuenta
 disperij mi me inces Virgo sanctissima caliq; regi,
 na

na, quare Virgo meus casus respice hois miserandi,
uirgo sobalitiy uera patrona sacri. Demid. paucula
addantur per Apostrophe.

THEMA CARMINIS, DE

descensu Christi ad inferos.

MENS est infandam eadem ac tristissima Christi
funera dicere, et quomodo iura necis mortisq; rumpens
repagula, victor penetravit piceas Phlegethontis ad
undas. Tu pater qui praesides aetherea rex adsis, et
dignum fluat tuo noie carmen. Tempus erat quo diuus
aeterna potestas, humana gentis nefandos casus mise-
rata, filium unigenum caelo demiserat alto, quo
sic uitio genus humanum demersum erigere, et in
sui regni partem locaret, nigis sceptris reponeret, aetere-
naq; salutis documenta daret, et rectum e terris ad
caelum iter monstraret, at demum morte sua nostra
doleret piacula culpa, et afflicta ferret medicamina
genti. Cuius igitur ter denos compleset annos, atq;
pat.

palestinis diuini saluberrimę, parafisset semina uerbę,
 sponte sua dira mortis discrimina adiuuit, et ut agnus
 innocuus balans super hostia cultros, immolandum mala,
 tur sic ipse crucis trabe elevatus et affixus dura
 clauorum cuspide, hostia fieri uoluit pro mundi crimine.
 Isacides igitur iniquis furis agitati, ac noscia gens
 uerę, ueluti canes rabidi lupiq; rapaces, agnus tuum
 innocuus inuasere, et ueluti leo, si forte fugacem
 capream, uel surgentem in cornua ceruus dentib;
 impressib; tenet, horrendo fortur fremitu rugitug;
 inuicane hians prostrernit et auerrissimę ora exuertat,
 donec membro tubo madentia laniet et crudas meatu
 in viscera carnis, sic furit et saxit as inimica deo
 gens, Ast ille non secut atq; rapet uostum, prodiit
 in regnor, obuia uentorum furis expositaq; ponto,
 uim cuni tam atq; miral perferit caliq; marisq;
 ipsa immota manet donec tempus erat quod inexorabile
 fatum, æthericęq; pater longo staturisset ab æuo.
 Cuz igitur tandem morti concessa potestas, in gratas
 æterni patris furit impia, telog; ferit innocuus uita
 Stami

flamina praescindens. Mox igitur ubi spiritus se diffudit
in uacuas auras et ferretur solutus compage carnis, tar-
tara maesta petit, regna inuisa uixis, Coccyiq; lacus, quo
manes parentum sedentes tenebris opacis educeret et caeco
carcere liberaret. Spelunca fuit uastu hiatu immans
serpente futa nigro lacu ac tenebris nemorus, super quas
haud ullo uolucres tendere iter premis poterant impune,
falis halitus sese atris faucibus effundens. Intra ad
connexa ferebant unde locum Graij dixerunt avernum.
Hanc uultu radiante subintrat domitor lethi ut parentu
manes inde eximat. Ecce autem introitu primo micat
Orcus ignibus, solum sub pedibus mugire et uoca
capta moueri, Soluarum uisag; canes per umbram
ululare, undiq; finit; fratres fulgine conueniunt, et
quibus est laiaru imperium umbrae silentes, et Chaos
et Phlegethon loca inuisa uixis parent perq; uacu-
as Ditis domos et inania regna agmina disponunt
lituisq; ad signa uocantur. Ante ipsam aethibulus
premissq; in Orca faucibus luctus et ulteriores cura

ponunt tentoria, et morbi genas pallentes tris hinc, senectus,
 et metus et male suadae fames ac turpis egestas,
 forma visu terribiles lethumq; laborq;. Hinc sopor
 lethi conanguineus et mala quædã mentis, mortife-
 rumq; bellus sua statione sequuntur. Eumediũq;
 sæva phalony et domens discordia, uiperens crinem
 uittis innoxia cruentis, multaq; præterea monstra
 rariarum ferarum, extremum claudunt agmen lauasq;
 Chimera, et centum geminũ Briareus ac bellas
 Lerna, horrendum stridens et forma tricorporis
 umbra. Gorgones, Harpyiæq; tenent dextram, ipse
 rex Pluto gubernat cuncta. Nec in discrimine tanto
 quicquam lingunt in ausum, sed uigili cura deducit
 agmina. Interea propius cernit flumina stagnan-
 tia rex calq; qui uenerat radians ab oris superis
 et uia qua fert ad undas tartarej Acherontis,
 nunc emensa ostendat lacus Sulphure fœdas.
 Turbidus hic cæno uaslag; uoragine gurgos æstuat
 atq; omnem arenam Coccyto eructat, nec minus has
 aquas et flumina seruat horrendus terribili squalore
 Cha.

Charon, cui iacet miculata canicies plurima mento
stant lumina flamma, sordidus amictus ex hu-
meris nodo dependet qui subigit naevem conto velisq;
ministrat et cymba ferruginea corpora subuectat,
iam senior sed cruda uiribus uiro senectus. Hec simul
atq; animam coruscantem tanto splendore uidit et ful-
gore ludere splendescere, horruiit intuitu primo, Acte,
erant comæ uox faucibus hæsit, salusq; per artus sudat
ist, deditq; caua buccina signum, hinc rex Pluto ab
antro uasto exocat umbrarum cuneos, et Atheneos
fratres in ordine disponit, tympana rauca sonant
et tubarum clangor exoritur et complent Orcum
horreisonis clamoribus, ac lapsu horreifico ex fan-
cibus atrii harpœia adsumt et alas quatiant magnis
clangoribus, curua petunt littora contactuq; cœca
fœdant et fuga præcipiti spirantes naribus ignes,
Eumenides fremunt circa castra gestantes crimi-
bus angues, ante Stygias acies et tetra fœdas
arugine corpora consistunt sua mole Cyclopus
Titanum phalanxq; genus dijs superis mimica, subse-
quib;

quitur strictisq; mucronibus oes deum expectant sed
 frustra, superis obstititur armis nam qui condidit orbem
 Sydereos et motus dedit aeternos queis cuncta fouentq;
 arboribusq; comas et sidera calo uaga non eget alterius
 ope neq; navigio remisq; curantis, sed superambulat
 leuibus plantis undas Aegias, angelicisq; iuuenes comi,
 fantur ducem, latanter, et paribus passibus uadentem
 æquant. Volant circa stagna et mulcent cantu et
 hera ac magis atq; magis multa agmina calicolum
 ni aere glomerant, Aegia paludi infesta. Hinc
 ætheris flammis fulserunt littora et pariter calum
 noua gaudia exercent, caelestem alitumq; acies sanctiq;
 uolucres, dant manibus plausus et alis multicolorib;
 Deus radians et luce coruscans fulta progreditur,
 qualis est astrorum facies umbris rorantibus post
 mbrem ubi frigidus Boreas siccis alis migrat ac
 caluz populans caua nubila differt, talis specieb;
 accesserat ori Syderio Christi. Pluto hac rerum
 imagine stupefactus et dices Tartarej. ois uirtus clarguit,
 Fra.

fratres luciferi è faucibus ignem efflare et piceo fumo
omnem domum inuoluerè, continuoq; relicta ratione
cuncti fuga dilapsi terrent, subito et in latetral
imas sese conijciunt, relictisq; armis Ethnici fratres
citato cursu prosterunt obuia quaq; et caeca antea
presunt, sicut ubi de sede celsa accipiter columbas
sustulit apprehensas quas rostro unico euiscerat,
diffugiunt alia huc illuc mox conuunt se celebres
turribus imis et micent maria murmura, haud
secus illi attoniti scutis et exuijs relictis fugam
arripunt, et speluncis se quisq; appetit atis.
Hic portas ferrugineas subiuit cui maiestate
quas leui impulsu cardine disiectas Christus
ingreditur. Hic casti maneb lustratq; circum
fulgore repente tendunt ad sidera palmas, letitiaq;
fremunt, lacrymas reddere, nec queunt saturare
oculos aiensq; fruendo, dum letho ultorem amore
propius salubant, O requies dulcis homin et super,
rum uoluptas, qui mundo reuehis munera primo
paret.

parenti concessa, et humanum genus de reddis ad
 pristina, et aperis ad sidera lati ignotas vias,
 ex peccatulis adhibet per multa saecula. Talia
 iactabant per inane campob, tum lati obscuro
 carcere se se promunt, deumq; ultorem superad conuexa
 sequuntz, ut sedibus Atlantibus placidum degant
 aevus.

Aliud thema carminis

CHRISTE sator atq; princeps caelestium, qui mi-
 ra bonitate sustinens cuncta rerum latum orbem
 iustis moderaris legibus, nostra Elia usq; te resona-
 bit, docta feligifere vocales chordas nostra musa
 summo carmine tendit te celebrare: tamen quis tua
 sceptris Christe digne dixerit, cum nil sit tibi secun-
 dum? aut quis resinat aeterni triumphus honores dignus?
 migrantis avernus penetrans claustra leue vulgus
 umbrarum tenuisti, teq; pallida regna vitis rap-
 toris premuere. Diram flagellaz posuit Eumenis,
 Rhadamantus acer sese abdidit, ianitor Orq; metuit

zur

rursus catenas Alcide, tu solus pro manes Ache,
roste, fortis populas atrocem tyrannus, potestas
tartari superbi, per te fracta cecidit. Segnes ti,
mores ite sine ias procal, anxias curas exueunt,
procal uerte pendentes capillos flouea serua de,
corent, tepores ueris gelidi, en adsunt Aquilo
impotens sile, sicut flabris aura Faxoni mulcentes
